



Hialto multis uirtutibus insignis, sese in Roluo nis regis Daniæ aulam contulit, atq; cum cæteris athletis magna fortitudinis exempla edidit. In teralios socios amicissimos habebat Biarconē: cuius hortatu sanguinem ursi ab eo interfecti biberunt, ut uiribus robustior fieret. Vnde postea inter regios proceres spectatae probitatis & uirtutis longe preeminebat, anno mundi 3210. Accidit autem tandem, cū Roluo insidijs Hiarthuari peteretur, q; Hialto rus egressus amasię se cōplexibus dederit. Hic cū oborum pugnę fragorem stupida procul aure sensisset, fortitudinē luxuria prætulit, maluitq; funestū Martis discrimē appetere, q; blandis Veneris illecebris indulgere. Discedentem pellex percunctari cœpit, si ipso careat, cuius ætatis uiro nubere debeat: quam Hialto perinde ac secretius allocuturus, ppius accedere iussam, indignatus amoris sibi successorem requiri, præciso naso deformem reddidit, erubescendoq; uulnere libidinosæ percunctionis dictū mulctauit, mentis lasciuiam nasi iactura temperandam existimans. Posthæcreptito ocios oppido Lethra, confertissimis se globis immergit, aduersasq; acies mutua uulnerum inflictione prosternit. Cumq; dormientis Biarconis cubiculum præteriret, expergisci iussum tali uoce compellat:

Ocius euigilet quisquis se regis amicum